

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad  
Exequias Quas Matronae ... Catharinae Vossen ... puerulo Friderico Michaeli,  
Coniugi & filio desideratissimis Viduus nunc paterq[ue] moestißimus paratas  
cupid, Omnia ordinum suos ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174138>

Druck    Freier  Zugang



Rhane, H.,  
in C. Voss,  
uxor. C. Michael,  
et in F. Michael

Rost. 1638.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777174138/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174138/phys_0002)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777174138/phys\\_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174138/phys_0003)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777174138/phys\\_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174138/phys_0004)

**DFG**

RECTOR  
Universitatis Rostochiensis,  
**HENRICVS RHANE,**  
J. U. D. & Profess. P.  
*AD EXEQUIAS*  
Quas  
*Matrone laudatissime*  
**CATHARINÆ**  
**D<sup>O</sup>SSE<sup>E</sup>V**  
*Scitissimoq<sup>z</sup> puerulo*  
**FRIDERICO MICHAELI,**  
Conjugi & filio desideratissimis  
*Viduus nunc paterq<sup>z</sup> mæstissimus*  
*parcas cupit,*  
Omnium ordinum Cives suos ad horam in  
die primam dimidiatam seriò ac  
diligenter vocat.  
**ROSTOCHI,**  
*NICOLAI KILI, Academ. Typogr.*  
ANNO M DC XXXVIII.





Ravissimum est, Academæ Cives, quod patitur Reverendus & Clarissimus Vir, Dn. M. CHRISTIANUS MICHAEL, ad D. Jacobi Pastor vigilantissimus, Amicus noster perquam dilectus, dum carpitur iterum iterumq; à fati inclemencia, & veluti in singulos dies moriturus absumitur. Nam proxima quidem Dominica nominis sui vivum olim monumentum CHRISTIANUM filium, natu maximum, multisque de causis, utrum diximus, charissimum, quod minimè omnium, quisquam cogitasset, ipso in adolescentiæ flore extinctum acerbissimo funere extulit. Qui casus & domui suæ hactenus ignotus & tanto gravior extitit, quia in id statim illapsus erat, quod per ætatem, quod per corporis simul & animi vigorem credebatur firmissimum esse. Quis enim istius vitæ non promisisset meliores annos, cui & natura, & parentum sobria ac continens educatio non tam polliceri eos, quā efficere videbantur; Quippe non affectis corporibus natu, non per blanditias & luxum corrupto. A quibus vitiis plerumque filiorum præmatura, atq; ut ita dicam, importuna funera existunt? Sed ille frugaliter & pro spebus egregiis, quas multi-

multimodis ostendebat, non aliena disciplina,  
sed liberali & recissima, in solatium familiæ  
ac posteritatis enutritus, debuit nihilominus  
grave aliquid vulnus, etiam præter vota sua, a-  
mantissimo parenti domuique universæ ex obi-  
tu suo infligere. Satis magno luculentoq; pa-  
tientiæ documento, etiamsi alia quædam atq;  
alia plaga trigeminum malum non fecisset. Ec-  
ce ergo eodē die, quo maximus natu ferebatur  
ad plures, minimus quoq; ad eadem se vestigia  
cōponere, interq; brachia parentis & impressa  
labii oscula exspirare. FRIDERICUM genitores di-  
xerant, cum in lucis oras V. Novembris ante se-  
ptem annos acceptum, Christo Salvatori per Ba-  
ptismum regenerationis mancipaverant. Quan-  
tam autem voluptatem secum abstulerit, nemo  
facile assequetur, nisi cui explorata fides exem-  
plis fuerit. Et didicerat jam capita pietatis, ab  
infantia usq; Catechumenus quidam & alacer  
& dictorum accipientissimus. Quapropter &  
Magni Regis ac Prophetæ Davidis hymnos fer-  
me lactenti ore, nec pauca Spiritus sancti carmi-  
na, ex scripturæ utroq; volumine excerpta, pre-  
catiunculas itidem suas reddere, tam sua-  
viae sonora, articulata in primis & distincta vo-  
ce, quoties ad mensam aut cubitum iret rediret.

Zzz 2

que,

que, expromere, ut non immerito amor ac delicia  
cum piissimis genitoribus extiterit. Ut ea præ-  
teream, quæ rudimenta quædam ejus æstatulæ  
egregia erant; cum primas literas, Grammati-  
cæ artis primordia, ejusq; velut quandam infan-  
tiam, sibi maximè respondentem, avideq; arre-  
ptam pertinaciter retineret, ad cetera literatio-  
nis sese quotidie diligentius parans. Ostensa  
utiq; & bona & excitata indole, mediisque lusi-  
bus omni morum lepo e ac festivitate interni-  
tente. Parvulas ergo & natura ipsa parentum,  
amori implicitissimus, cum malis præterea infe-  
flaretur, profluvio sc. ventris, & vermium arro-  
sionibus vexatus, auxit illa propensio in diem,  
summaq; omnia effecit. Nec mirum est, quod  
ultimâ illâ fatali sextidui horâ, quæ supra  
filiolo extitit, omnia simul amabilis istius vul-  
tu, itdolis, leporis, pietatis, innocentie ceteraque  
summæ voluptatis argumenta, non modo oculis  
parenti, sed animo subinde & in hunc usq; uero  
diem recursaverint, istud ad exspirantis animulae  
spectaculum non multum attonito dissimile  
ipsum patrem reddentia. Siquidem & male in  
dies habentem charissimam conjugem, eadem  
que ista pericula, jam binis à vicibus sperare, in-  
traq; filiorum funera tanquam medio compre-  
hensa

opp

s. xxx

prehensa matre, non nisi cladem undiquaq; for-  
midare debuit. O utinam vano aut non nisi pa-  
nico terrore! Ceterum præsaga mens & illa de-  
teriorum semper verior exspectatio, superiore  
nono decimo hujus mensis die, postquam me-  
dia nox successerat, nimium quam fatidica &  
prosuls illætabilis marito extitit. Si quidem ipsa  
conjunctionis & nunquam satis laudanda u-  
xor, CATHARINA Vossi alterum domus &  
familiae sustentaculum, vita maxima pars, cor-  
culum equidem & tantum non anima sua, (quan-  
to cum dolore!) avulsa penitus abreptaq; sum-  
suit. De cuius virtutibus ut rectius leiatis, ordi-  
endum ab initio est. Postquam ergo honestissi-  
mis parentibus, Patre Viro integerrimo GEOR-  
GIO cive ac sericarum mercium institore, Matre,  
fœmina pudicissima CATHARINA, Viri spe-  
ciosissimi NICOLAI Civis & XVI viti apud nos  
probatissimi, sorore, ante XLIV. annos, Havel-  
bergæ, aliquot jam ex cladibus, etiam magnoru[m]  
exercituum, nobilitato, alias celebri in Marchia  
oppido prognata esset, ad duodecim admodum  
etatis progressa annos, orbatum jam ante paren-  
tibus, ad nos ab avunculo traducta est, ut alter  
ius sanitati coxendicis, quā luxata per lapsum  
erat, restitueretur. Factumq; est, ut probitatis

Zzz 3

bonæ-

bonæq; causa in dolis approbata, nec dimittetur ab avunculo, &c, sicuti meruerant ejus virtutes, honestissime elocaretur. Divino enim consilio procum se se ostendebat viduus nunc moe-  
stissimus, Pastorq; tum ad urbem G E O R G I A-  
NÆ, postea in civitatem receptæ Ecclesiæ; Quo-  
cum ab XVII. hujus seculi in annum reliquæ æ-  
tatis XXI, ista commoditate vixit, ut sine causa  
non sit, quod tantum viduo luctus ingemina-  
verit. Quinq; enim liberum facta compo , fi-  
liarum A N N Æ & C A T H A R I N Æ, filiorum C H R-  
I S T I A N I, G R E G O R I I, & F R I D E R I C I, trium magni  
momenti & gravissimorum munerum, conjugis,  
genitricis, ac matris familias partibus summa-  
cum laude satisfecit. Ut enim ab ultimo ad pri-  
mum abeamus, istam domus curam adhibuit,  
ut semper auctiorē ex se daret rem familiarem,  
atq; in melius proveheret; magnū vestigal par-  
simoniā habens, nec facilis ad conducendas  
operas, quas ipsam præstare non illiberale sed  
frugalitatis esset. Quapropter de summo mane  
in ultimam noctem rebus agendis se se impen-  
dens, sensit equidem verissimam Catonis vo-  
cem, frontemq; occipitio priorem, esse. Auspi-  
cata semper à pietate, & ab eà laboribus manuū  
suarum benedictionem impetrans. Mater cum  
eset,

mod

¶ 853

esset, tantū educationi curā adhibuit, ut mīnimum in sequiora indulgeret, maritiq; disciplinam attentissimē observaret; alieno prorsus exemplo ab iis, quæ blanditiis omniq; mollitie frangunt seriam nutriendi legem, & remoto patre queruntur ipsæ & palpo solantur lascivias; infantiam; corruptentes à teneris quā optimas mentes, & in obstinationem ac malitiā vertentes. Minimum ergo timere habuit, ut sibi, quod meritissimæ poenæ est, immorigeri essent liberi, ut petulantes, matrisq; ipsius suo capiti insultarent. Quin gaudere obsequio, & virtutibus filiarum, ad maturitatem cum die accrescentium, tantamq; scientiam consecutarum, ut magno in regunda familia adjumento, nec minori in hæc tempora solatio, datas à Deo conservatasq; intelligere afflictiissimus genitor nunc possit. Quanquā ille hoc amiserit, quod sibi in adjutorium, si unquam alias, hac tempestate in primis desiderabile ac necessarium erat. Laboribus enim cum ætate etiam augentibus, nunc etiam periculis, quo poterat lese oblectamento & que recreare fessumq; reficere, quam contemplatione ejus, quam in oculis & sinu gerebat, charissimæ conjugis? Quæ amore, obsequio, pudicitia & fide, omnibusq; virtutibus ita

sc ap-

Se approbaverat, ut non immerito una esset co-  
rum anima in duobus corporibus divisa. Quia  
sibi nunc absissa, quanto putatis maritum,  
dolore excruciar? Cum istam sui tenerimam  
partem atrocissimo morbi genere, Diarrhoea,  
affligi per III, septimanas, nec remediis quibus-  
cumq; levari, ultimo ex comprehensis faucibus  
opprimi prorsus sentiret. Nisi quod eum pietas,  
futurorum præcipue felicissima, solari potest,  
quacum discelsit Christo per sacramentum ob-  
signata ultimo & concredita. Parce tamen, ô  
pater, & averte à seruo tuo iram; erige quem  
percussisti, ut secundis pariter atque adversis re-  
bus idem fortis ubiq; & firmus sit, Ecelesiae tuæ  
magnō patientiæ & fidei exemplo. Quia pre-  
ce, sicuti commeruit, Academiæ cives, hodie  
mecum ingeminabit, cum frequentes duo fu-  
nera, matrem & filium persecuti fueritis. Ade-

ste ergo & B. V. P. P. XXIII, Sept.

cccccxxxix.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777174138/phys\\_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174138/phys_0013)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777174138/phys\\_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174138/phys_0014)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn777174138/phys\\_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174138/phys_0015)

**DFG**




Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn777174138/phys\\_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777174138/phys_0016)



prehensa matre, non nisi cladi  
midare debuit. O utinam vari-  
nico terore! Ceterum præsa-  
teriorum semper verior exspe-  
nono decimo hujus mensis  
dia nox successerat, nimium  
prorsus illætabilis marito exti-  
conjunctissima & nunquam  
xor, CATHARINA VOSSIA  
familiae sustentaculum, vita  
culum equidem & tantum non  
to cum dolore! )ayulsa penit-  
fuit. De cujus virtutibus ut re-  
endum ab initio est. Post qua-  
mis parentibus, Patre Viro int-  
gio cive ac sericarum merciu-  
fœmina pudieissima CATHA-  
Etatissimi NICOLAI Civis &  
probatissimi, sorore, ante XL.  
bergæ, aliquot jam ex cladibū  
exercituum, nobilitato, alias e-  
oppido prognata esset, ad duo  
etatis progressa annos, orbatu-  
tibus, ad nos ab avunculo tra-  
rius sanitati coxendicis, quā  
erat, restitueretur. Faciliusq.  
Zzz



the scale towards document

jaq; for-  
ni si pa-  
illalde-  
riore  
am me-  
idica &  
lempis  
indai u-  
omus &  
rs, cor-  
(quan-  
q; tum-  
is, ordi-  
nestiffi-  
GEOR-  
Matre,  
iri spe-  
ud nos  
Havel-  
agnoru  
larchia  
podum  
paren-  
ut alter-  
apsum  
abitatis  
bonæ-

052

Patch Reference Chart TE63 Serial No. 052  
Image Engineering San Reference Chart TE63 Patch Reference Chart TE63 Serial No. 052